IOHANNES CHRYSOSTOMUS
Österreich, Ende 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26104
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Lib. quartus de ipius vocatione et conversione et predicatione.

lem. ut et Paulum. immo dnm Pauli uidere mereamur.
et incorruptibiles consequamur coronas. Gra et mia dni
nri ihu xi. cui gla et imperiu in scla sclorum a om.

Beatus Paulus

Qui nos hodie congregauit. quique terrarum etiam
illuminauit orbe. uocationis sue tempore aliquando ce
catus est. Sed illius cecitas illuminatio totius orbis effecta est.
Quo n uidebat male. bene eum excecauit ds ut utiliter
iam uideret in reliquum. Simul enim et documentum ei uir
tutis sue prebuit. et in passione eius figurauit futura.
et modum eius predicationis edocuit. quod scilicet oportet
eum priora studia penitus excludere. et quasi coniuentem
oculis semet ipsum undique coercere. Propter quod ipse idem
istud significans clamat. Si quis uidetur inter uos esse sapiens
stultus fiat ut sit sapiens. Nequaquam ergo potuisset bene
rursus uidere. nisi prius excecatus fuisset bene. et propriam
sapientiam qua perturbabatur excludens. fidei se pcuncta
committeret. Sed nullus hoc audiens uocationem istam
necessitatem putet. Siquidem potuit redire unde disces
serat. Multi n et in nouo et in ueteri testamento cum
maiora sepe mirabilia uidissent. retro ut legimus
sunt reuersi. ut nabuchodonosor. ut iudas. ut elimas
magus. ut symon. ut ananias et saphira. ut uniuersus
ppls iudeorum. Sed non ita Paulus. Illustrato n mentis
aspectu. ad sincerissimum illud lumen cursum tetendit.
atque ad celum pnicitur subuolauit. Quod si interroges